



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Henōtikon siue Pacificatorivm Dissecti Belgii

Afhakker, Aegidius

Vrsellis, 1618

Prooemivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64709](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64709)

ordio conuenienter hic ipsiusmet Dei consi-
 lium ipsis propolucro, quod per Isaiam
 Prophetam populo suo Israel in figura quon-
 dam propoluit: *Audite me qui sequimini quod* *Isai. 51. 2.*
iustum est, & queritis Dominum: Attendite
ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam
laci de qua præcisi estis: Attendite ad Abraham
patrem vestrum, & ad Saram que peperit vos,
quia vnum vocauit eum & benedixi ei, & multipli-
cavi eum.

HENOTICI DISSECTI
 BELGII

PARS QUARTA.

*De vnico & vero controuersias fidei terminandi,
 vnitatem in Ecclesia conseruandi, & fidelium
 conscientias circa fidei mysteria quie-
 tandi, remedio.*

PROOEMIUM.

EXaminatis igitur tot diuersis reformatæ
 (vt ab vtraq; litigantium parte appella-
 tu) religionis antistitum de conseruanda Ec-
 clesie vnitatem sententijs; vereri possemus istâ
 questionem tantis viris, tanto conatu, tot an-
 nis

nis in ea terminanda deludantibus adeo dif-
 ficilem visam aggredi, nisi causa probè nobis
 esset perspecta ob quam in istas ipsi difficul-
 tates, atque adeo Labyrinthos inextricabiles
 inciderint. Videlicet quia spatiofo mari post
 terga relicto, in arenti littore ingenij sui la-
 xarint retia; quem si errorem agnoscere tam
 humiliter voluissent, quam (scrutatis absque
 præiudicio diuinis scripturis, depositoq; quo
 flagrant in Romanum Pontificem odio) facili-
 tè potuerint, nequaquam tantas, imò vero
 nullas prorsus in hac quæstione difficultates
 experti essent. Nos ergo eorum præcipuam
 habentem rationem, quibus conscientia salu-
 tisq; æternæ cura monstratum faciet errorem
 potius agnoscere, quàm inuidiæ atque odij
 furens affectio ducem veritatis contemnere,
 verum ipsis atque vnicum diuinis in scriptu-
 ris apertè nobis reuelatum seruandæ in vna
 fide concordie remedium proferemus. Quod
 vt fiat expeditius multæque quæstiones com-
 pèndio resoluantur, oportet pro fundamen-
 tali veritatis ratione capienda nonnulla præ-
 mittere, quæ tumultu in Ecclesia cauita
 primasq; radices, fel, & amaritudinem
 sursum germinantes
 aperiant.